

Sigismundus primus rex Poloniae, Lu:
dovico Hungariae et Bohemiae regi.

163

Serenissime princeps etc: Mittimus oratorem
nostrum magnificum Stanislavum de Sprowa
castellanum Zarnoviensem et capitaneum Opo:
cniensem ad imperatorem Turcorum, per regnū
maiestatis vestrae Hungariae, quem mittere
quidem per Moldaviam decreveramus, sed
venti sumus eum illi itineri et fidei cre:
dere. Proinde rogamus plurimum maiestati
vestram providere, literasque suas per manus
huius cubicularii nostri dare faciat ipsi ora:
tori nostro, de securo per regnum et domi:
nia sua transitu, ne que mora et impe:
dimenta illius, pariant utrique nostrum ma:
iores difficultates apud illum imperatorem,
aliqua sinistra suspitione, cum iam alioqui
post significatam illi iam pridem missio:
nem ipsius oratoris, satis superque tarda:
verimus illum capere. Faciet maiestas ve:
stra rem summe necessariam et salutarem,
que felicissime valeat et nos diligat. Da:
tum

